

Dopamine Nation by Dr. Anna Lembke

Post by “Don” of January 5, 2022 at 8:50 PM

[60] accedit etiam mors, quae quasi saxum Tantalosemper impendet,¹ tum superstitio, qua qui est imbutus² quietus esse numquam potest. praeterea bona praeterita non meminerunt, praesentibus non fruuntur, futura modo expectant, quae quia certa esse non possunt, conficiuntur³ et angore et metu maximeque cruciantur, cum sero sentiunt frustra se aut pecuniae studuisse aut imperiis aut opibus aut gloriae. nullas enim consequuntur voluptates, quarum potiendi spe inflammati multos labores magnosque susceperant.